



**Edicta praetoria ex libris Pandectarum in ordinem excerpta
cum tabulis compendiosis, quibus ad Justinianaeos
institutiones expedita praebetur Isagoge.**

<https://hdl.handle.net/1874/388496>

EDICTA PRAE-

TORIA EX LIBRIS PAN-
DECTARVM IN ORDINEM
excerpta cum tabulis compen-
diosis, quibus ad Iustinia-
næas institutiones, ex-
pedita præbetur
Isagoge.



P A R I S I S ,

Apud Guillelmum Nigrum, via Iacobæa,
sub signo Rosæ albæ.

1564.

EDICITA PRAE
STORIA EX LIBRIS PAN
DECTARIA IN ORBINA
EXCELSIOR CUM PUPIS COMPA
GIOVIS DUMPSA HYLINUS
UNIVERSITATINIS ex
PEDIIS PTEPEIN
LIBRO



PARTES

Ab Guillermo Mignano vis Iscopas
libro quo Rote satis

. 1 1 e 4.

A Edicta præatoria ex libris

Pandectarum congruo ordine desumpta

per Stephanum Perrænum

Aureliensem,

AD

Dominum Olearium Prouinciae Rothoma-
gensis præsidem illustrissimum.

De Iurisdictione omnium iudicium.

I quis (ait prætor) id quod iurisdi- L. 6
ctionis perpetuæ causa (nō quidem
prout res incidit) in albo vel in char-
ta vel in alia materia propositū erit,
dolo malo corruperit, datur in illum quingen-
torum aureorum iudiciū, quod populare est.

Quod quisque iuris in alterum statuerit,

ipse eodem iure utatur.

Qui magistratū potestatēmve habebit, si quid L. 1. §. 1
in aliquem noui iuris statuerit, ipse quandoq;
aduersario eius postulante, eodē iure vti debet.

Si quis apud eum qui magistratū potestatēm, §. 2
ve habebit, aliquid in aliquem noui iuris obti-
nuerit, quandoq; postea aduersario eius postu-
lante, eodē aduersus eum decernetur iure.

De in ius vocando.

Prætor ait: Parentem, patronum, patronam, li- L. 4. §. 1
beros, parentesquc patroni & patronæ, in ius
sine meo permisso ne quis vocet.

A ij

Qui satis dare cogantur.

L. 2. §. 2 Prætor ait: Si quis parentem, Patronum, patro-nam, liberos, aut parentes patronæ, liberos ve-suos, eumve quæ in potestate habebit, vel uxo-rem, vel nurū in iudicium vocabit, qualisq; fideiussor accipiatur iudicio sistendi causa.

Si ex noxali causa agatur.

L. 1 Si quis eum de quo noxalis actio est iudicio-sisti promiserit, Prætor ait in eadem causa eum exhibere in qua tunc est, donec iudicium ac-cipiatur.

De edendo.

L. 4 Prætor ait: Argentariæ mensæ exercitores ra-tiones quæ ad se pertinent edere debet adiecto die & consule.

L. 6. §. 7 Prætor ait: Argentario eius qui iterum edi po-stulauerit, causa cognita edi iubebo.

De pactis.

L. 7. §. 7 Prætor ait: Pacta conuenta quæ neq; dolo ma-lo, neque aduersus leges, plebiscita, senatuscon-sulta, edicta, decreta principum, neq; quo fraus eorum cuiquam fiat facta erunt, seruabo.

De postulando.

L. 1. §. 4 Ait Prætor: Si nō habebut aduocatū ego dabo.
Ait Prætor: Qui lege plebiscito, senatuscon-sul-to, adiecto, decreto, principum placito, nisi pro certis personis postulare prohibentur, hi pro alio quam pro quo licebit in iure apud me ne postulent.

Qui

Qui ex omnibus his qui supra scripti sunt in ⁵ s. 14
integrum restitutus non erit:

Pro alio ne postulent: præterquam pro paréte, ^{6. 16}
patrono, patrona, liberis, parentibúsque patro-
ni & patronæ, liberis suis, fratre, sorore, vxore,
socero, socro, genero, nuru, vitrico, nouerca,
priuigno, priuignam, pupillo, pupilla, furioso,
furiosa, fatuo, fatua.

De his qui notantur infamia.

Prætoris verba dicunt: infamia notatur qui ab L. i
exercitu causa ignominiae ab imperatore, eóve
cui potestas de ea re statuendi fuerit dimissus
erit: Qui artis ludicræ, pronunciandive causa
in scœna prodierit: Qui in publico iudicio ca-
lumniæ aut prævaricationis causa quid feci-
se iudicatum fuerit: Qui furti, vi bonorum ra-
ptorum, iniuriarum, de dolo malo, & fraude
suo nomine damnatus erit aut pactus fuerit:
Qui pro socio, tutelæ, mādati, depositi, suo no-
mine non cōtrario iudicio damnatus erit: Qui
eam quæ in potestate eius esset mortuo genero
(cum eum mortuum esse sciret) intra id tem-
pus quo elugeri virum moris est, antequam vi-
rū elugereret in matrimonio collocauerit, eám-
ve sciens qui vxorem duxerit non iussu eius in
cuius potestate est: & qui eum quē haberet in
potestate, eámve de qua supra comprehensum
est vxorem ducere passus fuerit: Quíve suo
nomine non iussu eius in cuius potestate esset

⁶
eiūsve nomine quem quāmve in potestate ha-
beret viua sponsalia viuāsve nuptias in eodem
tempore constitutas habuerit.

De procuratoribus.

- L. 8. §. 5 Procuratorem ad litem suscipiendam datum
pro quo consentiente iudicatu dominus solui
exposuit prætor ait iudicium cogam accipere.
L. 33. §. 3 Ait prætor: Cuius nomine quis actionem dari
sibi postulauerit, is eum boni viri arbitratu de-
fendat: & ei quo nomine agit id ratum habere
eum ad quem res ea pertinet, boni viri arbitra-
tu satisfiet.

De negotiis gestis.

- L. 3 Ait prætor: Si quis negotia alterius, siue quis
negotia quæ cuiuscunque cum is moritur fue-
rint gesserit, actionem eo nomine dabo.

De eo quod metus causa gestum erit.

- L. 1 Ait prætor: Quod metus causa gestum erit, ra-
tum non habebo.

De dolo malo.

- L. 1 Quæ dolo malo facta esse dicentur: si de his re-
bus alia actio non erit, & iusta esse videbitur,
iudicium dabo.

De minoribus xxv. annis.

- L. 1. §. 1 Prætor ædicit: Quod cū minore viginti quin-
que annis natu gestum erit, vtique quæ res erit,
animaduertam.

De capitibz diminutione.

- L. 2. §. 1 Prætor ædicit: Qui quæve postea quam cum
his

his actum contractumve quid sit capite dimi-
nuti vel diminutæ esse dicetur, in eos easve per-
inde quasi id factum non sit, iudicium dabo.

*Ex quibus causis maiores viginti quinque
annis in integrum restituantur.*

Si cuius quid de bonis diminutum erit, cum is L.I. §.1
metu aut siue dolo malo reipub. caussa abesset,
siue in vinculis seruituteve esset, hostiumque
esset potestate, siue cuius actionis eorum cui
dies exisse dicetur: Item si quis quid vsu suum
fecisset aut quod non vtendo amisit, est conse-
cutus, actioneve qua solutus est ob id quod
dies exierit cum absens non defenderetur, siue
in vinculis esset, secumve agendi potestatem
non faceret: Aut cum eum inuitum in ius vo-
care non liceret neque defenderetur: cumve
magistratus de ea re appellatus esset, siue cui
per magistratū siue dolo ipsius actio exempta
esse diceretur, earum rerum actionem intra an-
num quo primū de ea re experiundi potestas
erit, dabo. Item si qua alia mihi iusta caussa
esse videbitur, in integrum restituam, quod eis
per leges, plebiscita, senatus consulta, ædicta,
decreta principum licebit.

Nautæ, capones, stabularij ut recepta restituant.
Ait prætor: Nautæ, capones, stabularij quod L. I.
cuiusq; saluum fore receperint, nisi restituant,
in eos iudicium dabo.

De publicana in rem actione.

L. i

Ait Prætor: Si quis id quod traditur ex iusta causa à non domino, & nondum usucaptum petet iudicium dabo.

De his qui deiecerunt vel effuderunt.

L. i

Prætor ait: Si in eum locum quo vulgo iter fieret vel in quo consisteretur deiectum vel effusum quid erit, quantum ex ea re damnum datum factumve erit, in eum qui ibi habitauerit in duplum iudicium dabo. Si vero viuet, noctumque ei esse dicetur, quanto ob eam rem eum cum quo agitur iudicii condemnari æquum videbitur, tanti iudicium dabo. Si seruus insciente domino fecisse dicetur, iudicio adiiciam aut noxae dedam.

De seruo corrupto.

L. i

Ait Prætor: Qui seruum seruamve, alienum alienamve recepisse, persuasissime quid ei dicetur dolo malo, quo eum, eamve deteriorem faceret, in eum quanti ea res erit in duplum iudicium dabo.

De aleculusu, & aleatoribus.

L. i

Prætor ait: Si quis eum apud quem lusum in alea esse dicetur verberauerit, damnumve ei derit, siue quid eo tempore dolo eius esse subtractum dicetur, iudicium non dabo.

De religiosis & sumptibus funerum.

L. 2. §. 2

Prætor ait: siue homo mortuus, ossa hominis mortui in locum purum alterius, aut in id sepulchrum in quo ius non fuit, illata esse dicentur, qui

qui hoc fecit in factum actione tenebitur, &
pœna pecuniariæ subiicitur.

De mortuo inferendo, & sepulchro ædificando.

Prætor ait: quo, quâve illi mortuū inferre inuitato te ei ius est, quominus illi, eò, eâve mortuū inferre, & ibi sepelire liceat, vim fieri veto.

Prætor ait: Quo illi ius est inuitato te mortuum inferre, quominus illi in eo loco sepulchrum sine dolo malo ædificare liceat, vim fieri veto.

De iure iurando siue voluntario, siue necessario, siue judiciali.

Ait prætor: Si is cum quo agetur conditione delata iurauerit:

Eius rei dequa iusiurandum delatum fuerit, neque in ipsum, neque in eum, ad quem ea res pertinet, actionem dabo.

De constituta pecunia.

Ait prætor: Qui pecuniam debitam constituerit:

Si appareat eum qui constituit, neque soluere, neque fecisse, neque per actorem steterit quominus fieret quod constitutum est.

Commodati vel contra.

Ait prætor: Quod quisque commodasse diceatur, de eo iudicium dabo.

Quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur.

Ait prætor: In eum qui emancipatus aut exhaeredatus erit, quîve abstinuerit se ab hæreditate

18 eius, cuius in potestate, cum is moritur, fuerit,
eius rei nomine, quæ contracta cum eo fuerit,
cum is in potestate esset, siue sua voluntate, siue
iussu eius, in cuius potestate erit, contraxerit,
siue in ipsius peculium, siue in patrimonium
eius, in cuius potestate erit, ea res redacta fue-
rit, actione, causa cognita, dabo in id quod fa-
cere potest.

Ita in De peculio.

L. 1. §. 2 Verba ædicti talia sunt: Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum erit.

Quando de peculio actio annalis est.

L. I. Prætor ait: Post mortem eius, qui in alterius potestate fuerit, posteave quam is emancipatus, manumissus, alienatusve fuerit, duntaxat de peculio, & si quid dolo malo eius, in cuius potestate est, factum erit, quominus actio peculii esset, in anno, quo primū de ea re experiundi potestas erit, iudicium dabo.

Depositi yel contra.

L. 1. §. 1 Prætor ait: Quod neque tumultus, neq; incē-
dii, neque ruinæ, neq; naufragii causa deposi-
tum sit, in simplum: earum autem rerum, quæ
supra sunt comprehensæ, in ipsum in duplum:
in heredem eius, quod dolo malo eius factum
esse dicetur, qui sit mortuus, in simplū: quod
ipsius, in duplum iudicium dabo.

De ædilitio ædicto.

L.I.S.1 Aiunt ædiles: Qui mancipia védunt, certiores

faciunto emptores, quid morbi vitiive cuique
sit: quis fugitiu^o, errove sit, noxave solutus no
sit: eadémque omnia, cùm ea mancipia vñne
unt, palam ac recte pronuntiato. Quòd si mā
cipiū aduersus ea vñnisset, siue aduersus quām
dictum promissumve fuerit, cùm vñniret,
fuisse, quod eius nomine præstari oportere di
cetur, emptori, omnibūsque ad quos ea res
pertinet, iudicium dabimus, vt id mancipium
redhibeatur.

Si quid autem post venditionē traditionémq;^{§. 2}
deterius, opera emptoris, familiæ, procurato
risve eius factū erit: siue quid ex eo post ven
ditionem natum, aut acquisitum fuerit, & si
quid aliud in vēditione ei accesserit, siue quid
ex ea re fructus peruerterit ad emptorem, vt ea
omnia restituat: Item si quas accessiones ipse
præstiterit, vt recipiat: Item si quod mancipiū
fraudem capitalem admiserit, aut mortis con
sciscēdæ sibi causa quid fecerit, vel in arenam
depugnādi causa ad bestias fuerit intromissus,
ea omnia in venditione pronuntianto, ex his
enim causis iudiciū dabimus. Hoc amplius,
si quis aduersus ea sciens dolo malo vēdidisse
dicetur, iudicium dabimus.

Aiūt ædiles: ne veterator pro nouicio vñneat.^{L. 37}

Aediles aiunt: Qui iumenta vendunt, palam^{L. 38}
recte dicūto quid in unoquoque eorum mor
bi vitiive sit: vtique optime ornata vendendi

causa fuerint, ita emporibus tradātur: si qui d
ita factum non erit, de ornamentis restituē
dis iumentīsve ornamētorum nomine redhi-
bendis in diebus sexaginta, morbi autem vi-
ciive causa inemptis faciendis in sex mensi-
bus, vel quāto minoris cum vānirent fuerint,
in anno iudicium dabimus.

§. 1

Si iumenta paria simul vānierint & alterum in
ea causa fuerit, vt redhiberi debeat, iudicium
dabimus quo vtrunque redhibeat: Quæ de
iumentorum sanitate diximus, de cætero quoq;
pecore omni, venditores faciant.

Quod cum falso tutore authore gestū esse dicetur.

L. 7

Prætor ait: in eum qui cùm tutor non esset, do-
lo malo author factus esse dicetur, iudicū da-
bo, vt quanti res ea erit, in tantam pecuniam
condemnetur.

De iure deliberandi.

L. I. §. 1

Ait prætor: Si tempus ad deliberandum petet
hæres, dabo.

L. 7

Ait prætor: Si pupilli pupillæve nomine postu-
labitur ad deliberādum an expediat eum hæ-
reditatem retinere, & hoc datum sit, si iusta
causa esse videbitur, bona interea diminui, ni-
si causa cognita, boni viri arbitratu vetabo.

De Carboniano ædicio.

L. I.

Ait prætor: Si controuersia fiet an inter liberos
quis sit, & impubes sit, causa cognita perinde
possessio datur, acsi nulla de ea re controuersia

esset, & iudicium in tempus pubertatis, causa cognita differtur.

Vt ex legibus & senatus consultis, bono-

rum possessio detur.

Prætor ait: Vti me quaq; lege, senatūsve cōsul- L. 1
to, bonorum possessionem dare oportebit, ita
dabo.

De noui operis nuntiatione.

Prætor ait: In quem locum nuntiatum est, ne L. 20
quid noui operis fieret, qua de re agitur, quod
in eo loco, antequam nūtiatio fuerit remissa,
aut in ea causa esset vt remitti deberet, factum
est, id restituas.

Prætor ait: Quem in locum nuntiatum est ne- §. 8
quid noui operis fieret, qua de re agitur, si de
ea re satisdatū est, quod eius nomine cautū sit,
vel per te stat quominus satisdetur, quominus
illi in eo loco opus facere liceat, vim fieri veto.

De damno infecto.

Prætor ait: Damni infecti suo nomine promit- L. 7
ti, alieno satisdari iubebo ei qui iurauerit, non
causa calumniæ id se postulare, eūmve cuius
nomine aget, postulaturū fuisse in eam diem,
quam causa cognita statuero: si controversia
erit, dominus sit nēcne qui cauebit, sub excep-
tione satisdari iubebo.

De eo opere, quod in flumine publico, ripāve §. 1
eius fiet, in annos decē satisdare iubebo: cum
cui ita nō cauebitur, in possessionem eius rei,

cuius nomine ut caueatur postulabitur, recte
cum cuius iusta causa esse videbitur etiam possi-
dere iubebo.

§. 2 In eum, qui neque cauerit, neque in possessio-
ne esse, neque possidere passus erit, iudicium
dabo: ut tantum præstet, quantū præstare eum
oporteret, si de ea re ex meo decreto, eiūsve cu-
ius de ea re fuit iurisdictio, quę in ea re est, cau-
tum fuisset.

§. 3 Eius rei nomine, in cuius possessionē misero,
si ab eo qui in possessione erit, damni infecti
nomine nō satisdabitur, simul in possessione
esse iubebo eum cui non satisdabitur.

De publicanis, rectigalibus, & commissis.

L. 1 Prætor ait: Quod publicanus, aut eius familia,
seu publicani vi ademerint, quodvę familia
publicanorum, si id restitutum nō erit, in du-
plum, aut si post annum agetur, in simplū iu-
dicium dabo. Item si damnū iniuria, furtūm ve-
factum esse dicetur, iudicium dabo.

Si hi ad quos ea res pertinebit, nō exhibebun-
tur, in dominos sine noxæ ditione iudiciū
dabo.

De re iudicata.

L. 4. §. 3 Ait prætor: Condemnatus ut soluat, neque eo
nomine satisfaciat.

L. 5 Ab eo cuius de ea re notio est, iudiciū dabo.

Quibus ex causis in possessionem eatur.

L. 2 Prætor ait: In bona eius, qui iudicio sistēdi cau-

sa fideiussores dederit, si neque potestatem sui faciat, neque defendatur, iri iubebo.

Prætor ait: Si Pupillus in suam pubertatem venerit, vel pupilla viripotens fuerit, & rectè defendantur, eos qui bona possident, de possessione discedere iubebo.

Prætor ait: Qui fraudationis causa latitat, si boni viri arbitratu non defendantur, eius bona possideri vendiq; iubebo.

De bonis autoritate iudicis possidendis.

Prætor ait: Si quis cùm in bonorum possessio- ne esset, quod eo nomine fructus cæperit, ei ad quem res ea pertinet, non restituat: siue quod impensa nomine siue dolo malo fecerit, ei nō prestatabitur, siue dolo malo eius deterior causa possessionis facta esse dicetur, de ea re in factū iudicium dabo.

De priuilegiis creditorum.

Ait prætor: Quod postea contractum, quamvis cuius bona vñierint, consilium ceperit, fraudandi causa, sciente eo qui contraxerit, ne actio eo nomine detur.

Quæ in fraudem creditorum gesta sunt

vt in integrum restituantur.

Ait prætor: Quæ fraudationis causa gesta erūt cum eo qui fraudem non ignorauerit, de his curatori bonorū, vele ei cui de ea re actionem dare oportebit, intra annum quo experiundi potestas fuerit, actionem dabo: idq; etiam ad-

L. 10

uersus eum qui fraudem fecit seruabo.
 Ait pr̄etor: Quę Lucius Titius fraudādi causa,
 sciēte, in bonis quibus de ea re agitur, fecit, ea
 illi, si eo nomine quo agitur, actionem ex
 edicto meo competere, effeve oportet, & si nō
 amplius quam annus est, cùm de ea re de qua
 agitur experiundi potestas est, restituas. Inter-
 dum causa cognita, et si non sit scientia, in fa-
 ctum actionem permittam.

Quorum bonorum.

L. 1

Ait pr̄etor: Quorum bonorum ex edicto meo
 illi possessio data est, quod de his bonis pro
 hærede aut pro possessore possides, possideréſ-
 ve, si nihil usucaptum esset, quodque dolo ma-
 lo fecisti, ut id desineres possidere, id illi re-
 stituas.

L. 1

Ne vis fiat ei qui in possessionem missus est.
 Ait Pr̄etor: Si quis dolo malo fecerit quomodo
 quis permissu meo, eiūsve cuius de ea re iu-
 risdicitio fuerit, in bonorum possessione sit, in
 cum, in factum iudicium, quanti res ea fuerit
 ob quam in possessionem missus fuit, dabo.

L. 1

De tabulis exhibendis.
 Pr̄etor ait: Quas tabulas Lucius Titius ad cau-
 sam testamenti pertinentes reliquisse dicetur,
 siue haę penes te sunt, aut dolo malo tuo factū
 est ut esse desinerent, ita eas illi exhibeas. Item
 si libellus aliudve quid relictum esse dicetur,
 decreto comprehendam.

Ne

Ne quid in loco sacro fiat.

Ait prætor: In loco sacro facere, inve eum immittere quid, veto.

L. I

Ne quid in loco publico vel itinere fiat.

Prætor ait: ne quid in loco publico facias, inve eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, præterquam quod lege, senatus consulto, ædicto, decretóve principum tibi cōcessum est: de eo quod erit factū, interdictū dabo.

Ait prætor: In via publica, vel itinere publico §. 13 facere, immittere quid veto, quò ea via, itérve deterius sit, vel fiat.

Prætor ait: Quod in via publica itineréve publico factum immissumve habes, quo ea via, idue iter deterius sit, fiat, restituas.

Prætor ait: Quominus illi via publica, itineréve publico ire agere liceat, vim fieri veto.

De loco publico fruendo.

Prætor ait: Quominus loco publico, quem is cui locādi ius fuerit, fruendum alicui locauit, ei qui cōduxerit, socióve eius, ex lege locatio- nis frui liceat, vim fieri veto.

De via publica & itinere publico reficiendo.

Prætor ait: Quominus illi viam publicā, itérve publicum aperire reficere liceat, dum ne ea via itérve deterius fiat, vim fieri veto.

De fluminibus, & ne quid in flumine publico ripáve eius fiat, quo peius nauigetur.

Ait prætor: Ne quid in flumine publico, ripáve

C

cius facias, ne quid in flumine ripáve eius facias vel immittas, quo statio itérve nauigii deterius sit, fiat.

§. 13 Ait prætor: Quod in flumine publico, ripáve eius fiat, si quid in flumé ripámve eius factum immissumve habeas, quo statio itérve nauigii deterius sit, fiat, restituas.

Ne quid in flumine publico ripáve eius fiat quo aliter aqua fluat quam priore æstate fluxerat.

L. I Ait prætor: In flumine publico, in ve ripa eius facere, aut in flumen ripámve eius immittere, quò aliter aqua fluat quam priore estate fluxerat, veto.

§. 9 Ait prætor: Quod in flumine publico, ripáve eius factum sit: siue quod in flumen publicum, ripámve eius immissum habes: si ob id aliter aqua fluat, quam priore estate fluxit, restituas.

Vt in flumine publico nauigare liceat.

L. I Prætor ait: Quominus illi in flumine publico nauem, ratē agere, quóve minus in ripa onerare, exonerare liceat: vim fieri veto.

§. 1 Item ait prætor: vt per lacum, fossam, stagnum publicum, nauigare liceat: interdicam.

De ripa munienda.

L. I Prætor ait: Quominus illi in flumine publico ripáve eius opus facere, ripæ, agríve qui circa ripam est, tuëdi causa liceat, dum ne ob id nauigatio deterior fiat: si tibi dāni infecti in an-

nos decem boni viri arbitratu vel cautum, vel
satisdatum est, aut per illum nō stat quominus
boniviri arbitratu caueatur, vel satisdetur, vim
fieri voto.

De vi & vi armata.

Prætor ait: Vnde tu illū vi deiecessisti, aut fami- L. i
lia tua deiecit: de eoque quod ille tunc ibi ha-
buit, tantummodo intra annum: post annum
verò de eo quod ad eum qui vi deiecit, perue-
nerit, iudicium dabo.

Vt ipso possidetis.

Ait prætor: Vti eas ædes, de quibus agitur, nec L. i
vi, nec clam, nec præcario alter ab altero possi-
detis, quominus ita possideatis, vim fieri voto.

De superficiebus.

Ait prætor: vti ex lege locationis siue condu- L. i
ctionis superficie, de qua agitur, nec vi, nec clā,
nec præcario alter ab altero fruimini: quomi-
nus ita fruamini, vim fieri voto. Si qua alia a-
ctio de superficie postulabitur, causa cognita
iudicium dabo.

De itinere actūque priuato.

Prætor ait: Quo itinere actūque priuato quo L. i
de agitur, vel via hoc anno nec vi, nec clā, nec
præcario ab illo usus es: quominus ita utaris,
vim fieri voto.

Ait prætor: Quo itinere actūq; hoc anno non L. 3. §.8
vi, non clam, nō præcario ab alio usus es: quo-
minus id iter actūmque, vt tibi ius est, reficias,

vim fieri veto.

De aqua quoridiana & aestiuâ.

L. i Ait prætor: Vti hoc anno aquam, de qua agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxisti: quominus ita ducas, vim fieri veto.

§. 28 Ait prætor: Vti priore æstate aquam de qua agitur, nec vi, nec clā, nec precario ab illo duxisti, quominus ita ducas, vim fieri veto. inter hæredes, emptores, & bonorum possessores interdicam.

§. 36 Ait prætor: Quo ex castello illi aquam ducere ab eo cui eius rei ius fuit, permissum est: quominus ita vti permissum est, ducat, vim fieri veto.

§. 37 Quandocunque de opere faciendo erit interdictum, damni infecti caueri iubebo.

De Riuis.

L. i Prætor ait: Riuos, specus, septa reficere, purgare, aquæ ducendæ causa, quominus liceat illi, dum ne aliter aquam ducat quam vti priore æstate non vi, nō clam, non precario, à te conduxit, vim fieri veto.

De fonte.

L. i Prætor ait: Vti de eo fonte, quo de agitur, hoc anno aqua nec vi, nec clā, nec precario ab illo vsus es: quominus ita ea utaris, vim fieri veto. De lacu, piscina, puteo, item interdicam.

§. 4. Prætor ait: Quominus fontem, quo de agitur, purges, reficias, vt aquā coercere, vtiq; ea pol-

21

sis: dum ne aliter utaris, atq; vti hoc anno nō
vi, non clam, non precario ab illo usus es: vim
fieri veto.

De cloacis.

Prætor ait: Quominus illi cloacam quæ ex ædib⁹ eius in tuas pertinet ædes, qua de agitur,
purgare, reficere liceat, vim fieri veto. Damni
infecti quod operis vitio sit factum, caueri iu-
bebo.

Ait prætor: Quod in cloacam publicam factū siue immissum habes, quo usus ei⁹ deterior sit,
fiat, restituatur. Itē ne quid fiat immittaturve,
interdicam.

Quod vi aut clam.

Prætor ait: Quod vi aut clam factū est: qua de re agitur, id, cùm experiundi potestas est, re-
stituas.

De remissionibus.

Ait prætor: Quod ius sit illi prohibere, ne se in-
vito fiat in eo, nuntiatio teneat. ceterum nun-
tiatione remissa faciet.

De precario.

Ait prætor: Quod precario ab illo habes, aut
dolo malo fecisti, vt desineres habere, qua de
re agitur. id illi restituas.

De arboribus cedendis.

Ait prætor: Quæ arbor ex ædib⁹ tuis in ædes illius impendet, si per te stat, quominus eam adimas, tūc quominus eam illi arbore adimere,

sibique habere liceat, vim fieri veto.

S. 7 Ait prætor: Quæ arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, si per te stat, quominus pedes quindecim à terra eam altius coérceas, tunc quominus illi ita coercere, lignaque sibi habere liceat, vim fieri veto.

De Glande legenda.

L. 1 Ait prætor: Glandem quæ ex illius agro in tuū cadit, quominus illi tertio quoque die legere auferre liceat, vim fieri veto.

De libero homine exhibendo.

L. 1 Ait prætor: Quem liberum hominē dolo malo retines, exhibeas.

De liberis exhibendis vel deducendis.

L. 1 Ait prætor: Qui quæve in potestate Lucii Titii est, si is eāve apud te est, dolōve malo tuo factū est, quominus apud te esset, ita eum eāmve exhibeas.

L. 3 Ait prætor: Si Lucius Titius in potestate Lucii Titii est, quominus eū Lucio Titio deducere liceat, vim fieri veto.

Vt robi.

L. 1 Ait prætor: Utrobi hic homo de quo agitur, maiore parte huius anni fuit, quominus is eum ducat, vim fieri veto.

De migrando.

L. 1 Prætor ait: Si is homo, de quo agitur, nō est ex his rebus de quibus interte & actorem conuenit, vti quæ in eam habitationē, de qua agitur,

23

introducta, importata, ibi, nata, factave essent,
ea pignori tibi pro mercede eius habitationis
essent: siue ex his rebus est, & ea merces tibi so-
luta, eove nomine satisfactu est, aut per te stat
quominus soluatur, ita quominus ei qui pi-
gnoris nomine cum induxit, inde abducere
liceat, vim fieri veto.

De vi honorum raptorum.

Prætor ait: Si cui dolo malo hominibus coactis L. 2
damni quid factum esse dicetur, siue cuius bo-
na rapta esse dicentur, eidem vi honorū rapto-
rum intra annum in quadruplum, post annū
in simplum iudicium dabo. Item si seruus fe-
cisse dicetur, in dominū iudiciū noxale dabo.
Prætor ait: Cuius dolo malo in turba damnum L. 4
quod factum esse dicetur, in eum in anno quo
primum de ea re experiūdi potestas fuerit, in
duplū, post annum in simplum iudiciū dabo.

*De incendio ruinanaufragio rate naue
expugnata.*

Prætor ait: In eum qui ex incendio, ruina, nau- L. 1
fragio, rate naue expugnata, quid rapuisse, re-
cepisse dolo malo, damnive quid in his rebus
dedisse dicetur: in quadruplum in annū quo
primum de ea re experiūdi potestas fuerit, post
annum in simplum iudiciū dabo. Item in ser-
uum & familiam noxale iudicium dabo.

De iniuriis & famosis libellis.

Prætor edixit: Qui agit iniuriarum, certum di- L. 7

cat quid iniuriæ sit factum: quia qui famosam
actionem intendit, non debet vagari cum di-
scrimine alienæ existimationis, sed designare
certum, & specialiter dicere quam se iniuriam
passum contendat.

L. 15. §. 2 Ait prætor: Qui aduersus bonos mores conui-
cium cui fecisse dicetur, cuiusve opera quid fa-
ctum esse, quo aduersus bonos mores conui-
cium fieret, in eum iudicium dabo.

§. 15 Ait prætor: Ne quid infamādi causa fiat, si quis
aduersus ea fecerit, prout quæque res erit, ani-
maduertam.

§. 22 Prætor ait: Qui seruum alienum aduersus bo-
nos mores verberasse, deq; eo sine iussu domi-
ni, quæstionem habuisse dicetur, in eum iudi-
cium dabo. Item si quid aliud factum esse di-
cetur, causa cognita iudicium dabo.

L. 17. §. 10 Ait prætor: Si ei qui in alterius potestate erit,
iniuria facta esse dicetur: & neque is, cuius in
potestate est: præsens erit, neque procurator
quisquam existat, qui eo nomine agat, causa
cognita, ipsi qui iniuriā accepisse dicetur, iu-
dicium dabo.

De sepulchro violato.

L. 3 Prætor ait: Cuius dolo malo sepulchrum vio-
latum esse dicetur, in eum in factū iudicium
dabo: vt ei ad quem pertineat, quanti ob eam
rem æquum iudicanti esse videbitur condem-
netur: si nemo erit, ad quem pertineat, siue a-
gere

25

gere nolet, quicunque agere volet, centum ei
aureorū iudicium dabo. Si plures agere volēt,
cuius iustissima causa esse videbitur, ei agendi
potestatem faciam.

Si quis in sepulchro dolo malo habitauerit, æ-
dificiūmve aliud, quām quod sepulchri causa
factū sit, habuerit, in eum (si quis eo nomine a-
gere volet) ducentorum aureorum iudicium
dabo.

Finis edictorum Prætoriorum.

Sequuntur eiusdem Stephani Perræi Aureliensis Tabu-
lae cōpendiosæ, ex Iustinianæis institutionibus iuxta con-
gruum titulorum ordinem desumptæ, & in tres tracta-
tus distributæ: qui numerorum collatione titulorum con-
gruo loco accommodatorum significatiua illustrantur.


D

INDEX DIVISIONVM QVIBVS

tabulæ nostræ illustrantur.


- De bipartita, eaque primaria toti⁹ iuris diuisione, pag. 27
 De totius iuris in triplicē tractatum diuisione, pag. ead.
 Tractatus primus de generali personarum diuisione,
 pagina 28
 Numerorum collatio cum congrua titulorum accommoda-
 tione coniuncta. pag. 29
 Tractatus secundus de generali rerum earumque ac-
 quirendarum diuisione, pag. 30
 Hæreditatis deferendæ siue acquirendæ diuisio, Appen-
 dix, pag. 31
 Bonorū possessionis deferendæ siue acquirendæ diuisio,
 Appendix, pag. 32
 Numerorum collatio cum congrua titulorum accom-
 modatione coniuncta, pag. 33
 Tractatus tertius de generali obligationum & action-
 num diuisione, pag. 34
 Numerorum collatio cum congrua &c. pag. 35
 De actionum generalissima diuisione. pag. 36
 Actionum realium generalis diuisio, Appendix. pag. 37
 Actionum personaliū generalis diuisio, Appēdix. pa. 38
 Actionum possessoriarum vel(vt vocant) interdictorum
 generalis diuisio, Appendix. pag. 39
 Actionum criminalium, vel publicorum(vt vocant) iudi-
 ciorum generalis diuisio, Apendix. pag. 40
 Exceptionum generalis diuisio, Appendix. pag. 41
 Numerorum collatio cum congrua titulorum accom-
 modatione coniuncta. pag. 42

De bipartita totius iuris diuisione.




De totius Iuris in triplicem tractatum diuisione.

Quia Ius omne aut publicum aut pri uatum existēs, ad tres articulos pertinet,
I. i. ff. de statu hominum, §. f. De Iure na-
turali, gentium & ciuii, in Institutioni-
bus; ideo eorum totidem tractatus con-
stituo, quorum diuisionem continet



D ij

Tractatus primus, de generali personarum diuisione.



Numerorum ex superioribus tabulis collatio, titulorum
congruo loco accommodatorum significatiua.

- 1 Huc primo & congruo loco pertinet Titulus de Iustitia & Iure.
- 2 De Iure naturali, gentium, & ciuili. 3. De Iure personarum.
- 3 De Ingenuis.
- 4 De Libertinis.
- 5 Quibus ex causis manumittere non licet. De lege Fufia Canina tollenda.
- 6 De his qui sunt sui aut alieni iuris.
- 7 De patria potestate.
- 8 De nuptiis.
- 9 De adoptionibus.
- 10 Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.
- 11 De tutelis.
- 12 Qui testamento tutores dari possunt.
- 13 De legitima agnitorū tutela. Decapitis diminutione
- 14 De legitima patronorum tutela.
- 15 De legitima parentum tutela.
- 16 De fiduciaria tutela.
- 17 De Attiliano tuteore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

Duo sequentes tituli, scilicet, De autoritate tutorū,
Quibus modis tutela finitur, sunt præcedentiū tutelarum communes.

- 18 De curatoribus.
- Tres sequentes, scilicet, De satisfactione tutorū vel curatorum, De excusatione tutorum vel curatorum, De suspectis tutoribus vel curatoribus, sunt tam tutelæ quam curæ communes.

Tractatus secundus, de generali rerum, earumque acquirendarum diuisione.


Res, i. que- dam	In patri- monio esse non possunt, veluti	Religiosæ. Sacrae. Sanctæ & Communes. Publicæ. Vniuersitatis.	Gen- tiū, velu- ti	Occupatiō, vt Acces- sio, quæ est	Venatio. Piscatio. Aucupium. Captiuitas. Inuentio.
	In patri- monio sunt, aut esse pos- sunt, ve- luti	Priuatæ Nullius			Naturalis, vt Industrialis, vt
	Nec in patrimo- nio, nec extra, vt seruitu- tes quæ sunt	Reales vt & Personæ les, vt			Partus. Fœtus. Fructus. Alluvio. Specificatio. Cōmixtio. Aedificatio Implatatio. Satio. Scriptura. Traditio.
Vniter- falis, vt	Quarū ac- quisitio est iuris	Rusticanæ & .2. Urbanæ	Singula- ris, vt Civi- lis, quæ est	Vfuscatio, ⁵ Donatio, ⁶	quādōq; adi- mitur, 16.
	Vfusfruct ⁹ , 3	Vfus. 4.		Legatū, 15. quod	quandoque transfertur,
	Habitatio.			Fideicōmissū singulare, 19	quandoque refecatur, ¹⁷
Hæreditas, de qua pag. 21 Fideicōmissum Vniuersale, 18 Bonorum possessio, 24 de qua, pag. 32. Acquisitio per arrogationē, 35 Aſsignatio bonorum, 63					

31

Hæreditatis deferendæ siue acquirendæ diuisio, Appendix.

Hæreditas defer- tur, vt	Testamē- to, vt	Testamē- to, 7. quod Codicil- lis 20	Firma- tur iu- sta	Exhæreda- tione, 8. quæ est	Institutio- ne hæredū 9. qui sunt 12.	Substitu- tione, quæ est	Testa- to, vt	Infir- matur. 13. quod accidit	Rumpi- tur, ve- luti	Ipsō iure, quādo	Irritū- fit, vt	Vulgariſ. 10. Pupillariſ. 11. Exemplariſ. Breuioloqua. Compendioſa.	Expressa, respectu testa- toris.	Tacita, respectu testa- tricis.	Sui & necessarij. Necessarij tantū. Extranei voluntarij.
	Inte- stato. 12.	Vbi spectatur ordo Suorum hæredum, Agnatorum, 22. & Cognatorum, 13.	iudicis	officio	Quando proponitur quarela Inofficiosi te- stamenti. 14	Agnatione sui hæ- redis. Sequuta ado- ptione. Posteriore iusto testamento.	Capitis diminu- tione testatoris. eiudem Arroga- tione.								
Hæreditas defer- tur, 12.	Inte- stato. 12.	Vbi spectatur ordo Suorum hæredum, Agnatorum, 22. & Cognatorum, 13.	infir- matur. 13. quod accidit	officio	Quando proponitur quarela Inofficiosi te- stamenti. 14	Rumpi- tur, ve- luti	Irritū- fit, vt	Testa- to, vt	Substitu- tione, quæ est	Testamē- to, 7. quod Codicil- lis 20	Exhæreda- tione, 8. quæ est	Institutio- ne hæredū 9. qui sunt 12.	Expressa, respectu testa- toris.	Tacita, respectu testa- tricis.	Sui & necessarij. Necessarij tantū. Extranei voluntarij.
	Inte- stato. 12.	Vbi spectatur ordo Suorum hæredum, Agnatorum, 22. & Cognatorum, 13.	infir- matur. 13. quod accidit	officio	Quando proponitur quarela Inofficiosi te- stamenti. 14	Rumpi- tur, ve- luti	Irritū- fit, vt	Testa- to, vt	Substitu- tione, quæ est	Testamē- to, 7. quod Codicil- lis 20	Exhæreda- tione, 8. quæ est	Institutio- ne hæredū 9. qui sunt 12.	Expressa, respectu testa- toris.	Tacita, respectu testa- tricis.	Sui & necessarij. Necessarij tantū. Extranei voluntarij.

Bonoru[m] possessionis deferendæ, siue acquirendæ, diuisio.



Numerorum ex prioribus tabulis collatio, titulorum
congruo loco accommodatorum significatiua.

- 1 Huc primo & congruo ordine pertinent tituli, De rerum diuisione, De rebus corporalibus, & incorporalibus.
- 2 De Seruitutibus rusticorum prædiorum & urbanorum.
- 3 De usufructu.
- 4 De usu & habitatione.
- 5 De usucaptionibus & longi temporis præscriptionibus.
- 6 De donationibus, Quibus alienare licet vel non, Per quas personas nobis acquiritur.
- 7 De testamentis ordinandis, De militari testamento, Quibus non est permisum facere testamentum.
- 8 De exhaeredatione liberorum.
- 9 De hæredibus instituendis.
- 10 De vulgari substitutione.
- 11 De pupillari substitutione.
- 12 De hæredū qualitate & differētia, titulus, h̄c nō in epto ordine interiicitur.
- 13 Quibus modis testamenta inserviuntur.
- 14 De inofficiose testamento.
- 15 De legatis.
- 16 De ademptione legatorum.
- 17 De lege Falcidia.
- 18 De fideicommissariis hæreditatibus.
- 19 De singulis rebus per fideicommissum relictis.
- 20 De codicillis.
- 21 De hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur.
- 22 De successione agnatorum legitima. Duo sequentes tituli (scilicet, de Senatusconsulto Tertuliano, & De Senatusconsulto Orficiano) acquirenda ab intestato hæreditatis, gradui derogant.
- 23 De successione cognatorum. Quatuor sequentes tituli (scilicet De gradibus cognitionis, De seruili cognitione, De successione libertorum, De assignatione libertorum) quasi peculiarem habent tractatum, id ēque diuisioni nostræ parum congruent.
- 24 De bonorum possessionibus.
- 25 De acquisitione per arrogationem.
- 26 De eo cui libertatis causa bona assignantur. Sequens titulus (scilicet, De successionibus quæ fiebant per bonorum venditiones ex Senatus consulto Claudiano) est de numero vniuersalium acquisitionum, verum à Iure re vera explosum missum facimus.

E

Tractatus tertius, generalem obligationum, & actionum diuisionem continens.

Obli-gatio-nes. 1.	Prodeut ex	Côtractu, qui cele-bratur	Re, 2. vt	Mutuum.
				Indebitum.
Proditæ	Acquiruntur, 20.	Maleficio, 15. vt	Côsensu 9. vt est	Commodatum.
				Depositum.
Tolluntur, 21.	{ Ope exceptionis. Ipso Iure.	Quasi maleficio, 19. quo obligatur	id est, Stipulatione, quæ existēt triplex,	Iudi-cialis.
				Cautio-nalis.
Quasi côtractu, 14. vt	Furtum.	Mâdatum, 13. quod ôtrahitur gratia	4. scilicet non etiam inutili- ter, 5. concepta pa- rat obligationē priu- cipalem, 6. & ac cessoriam, 7.	Cômu-nis.
				Negociorū gestorū.
Maleficio, 15. vt	Rapina, 16.	Tutelæ.	Cômuni diui dûdo.	Mea tâ-tum.
				Familia herciscundæ.
Quasi maleficio, 19. quo obligatur	Damnum, 17.	Ex testamento.	Condic̄tio ind eb̄ti.	Aliena tâ-tum.
				Furtum.
Tolluntur, 21.	{ Patrifamilias, modis distictis. per personas in Iure expressas.	Iniuria, 18.	Effundens.	Mea & aliena.
				Appensum habens.
Tolluntur, 21.	{ Ope exceptionis. Ipso Iure.	Nauta, caupo, stabularius de furto apud se commisso.	{ Ope exceptionis. Ipso Iure.	Tua & mea.
				Tua & aliena.


Numerorum ex superiori tabula collatio, titulorum
congruo loco accommodatorum significatiua.

35


- 1 Huc primo & congruo loco pertinet Titulus de obligationibus.
- 2 Quibus modis re contrahitur obligatio.
- 3 De verborum obligationibus.
- 4 De diuisione stipulationum.
- 5 De inutilibus stipulationibus.
- 6 De duobus reis stipulandi & promittendi, De stipulatione seruorum.
- 7 De fideiussoribus.
- 8 De literarum obligatione.
- 9 De obligationibus ex consensu.
- 10 De emptione & venditione.
- 11 De locatione & conductione.
- 12 De societate.
- 13 De mandato.
- 14 De obligationibus quæ ex quasi cōtractu nascuntur.
- 15 De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.
- 16 De vi bonorum raptorum.
- 17 De lege Aquilia.
- 18 De iniuriis.
- 19 De obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur.
- 20 Per quas personas nobis obligatio acquiritur.
- 21 Quibus modis obligatio tollitur.

E ij


De Actionum generalissima diuisione.



Actionum realium generalis diuisio, Appendix.




Actionum personalium generalis diuisio, Appendix.




Actionum possessoriarum, siue (ut vocant) interdictorum, generalis diuisio, Appendix.

Actio nes posse foriae, seu in terdi- cta re spici- unt	Ius hu- manū, & sunt vtilita- tis	Priua- tes, que sunt	Publi- ce, vt	Specia- lia, que dantur causa tuendi	Officij, vt de exhibendis	Rē familia- rē, que respi- ciunt causam	Proprietatis, vt	Ađipiscen- de, qualia sunt	Posse- fitionis, vt	Generalia, vt	De mortuo inferendo.
											De sepulchro adificando.
											Ne quid in loco sacro fiat.
											Via publica , flu- mine publico uti liceat , & ne quid in eis fiat.
											Sui iuris, vt de exhibendis
											Liberis. Liberto. Tabulis.
											Libero homine, Vafallo, Ciae, vxore, aliave persona.
											De itinere, actu que priuato.
											Quorum bonorum. Quorum legatorū. Saluianum interdictū.
											Recupe- randis, vt
											Interdictū vnde vi.
											Retinen- de, vt
											Vt possi- detis. Vt robi.
											Ne vis fiat ei qui in possessionem missus est.

Actionum criminalium, vel publicorum (vt vocant)
iudiciorum, generalis diuisio.



Exceptionum generalis diuisio, Appendix.



Numerorum ex superioribus tabulis collatio, titulorum
congruo loco accommodatorum significatiua.

- 1 Huc primo & congruo loco pertinet Titulus De actionibus.
- 2 Quod cum eo qui in aliena potestate negotium gestum esse dicitur.
- 3 De noxalibus actionibus. Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur.
- 4 De interdictis.
- 5 De his per quos agere possumus.
- 6 De satisfactionibus.
- 7 De publicis iudiciis. Hic non inepto ordine subiectio titulum, De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes, & contra hæredes transeunt.
- 8 De exceptionibus.
- 9 De replicationibus.
- 10 De poena temerè litigantium.
- 11 De officio Iudicis.

F I N I S.

*Index titulorum qui soli edictis prætoriis
illustrantur & primò eorum qui sunt
Primi Voluminis.*

- Libro 1. Tit. 1 De iurisdictione omnium iudicium, Pagina 3.
 Libro 2. Tit. 2 Quod quisque iuris in alterum statuerit, ipse eodem iure
vtatur, pagina 3.
 4 De in ius vocando, pag. eadem.
 8 Qui satisfare cogantur, 4.
 Lib. 2. Tit. 9 Si ex noxali causa agatur, 4.
 13 De edendo, 4.
 14 De pactis, 4.
 Lib. 3 Tit. 1 De postulando, 4.
 2 De his qui notantur infamia, 5.
 Lib. 3. Tit. 3 De procuratoribus, 6.
 5 De negotiis, 6.
 Lib. 4. Tit. 2 De eo quod metus causa gestum erit, 6.
 3 De dolo malo, 6.
 4 De minoribus viginti quinque annis, 6.
 5 De capitulis diminutione, 6.
 6 Ex quibus causis maiores vigintiquinque annis in integrū
restituantur, 7.
 9 Nautæ, capones, stabularij, ut recepta restituant, 7.
 Lib. 6. Tit. 2 De Publiciana in rem actione, 7.
 Lib. 9. Tit. 3 De his qui deiecerunt vel effuderunt, 8.
 Lib. 11. Tit. 3 De seruo corrupto, 8.
 5 De aleæ lusu & aleatoribus, 8.
 7 De religiosis & sumptibus funerum, 8.
 8 De mortuo inferendo, & sepulchro ædificando, 9.
 Lib. 12. Tit. 2 De iureiurando, siue voluntario, siue necessario, siue iudi-
ciali, 9.
 Lib. 13. Tit. 5 De constituta pecunia, 6.
 Lib. 14. Tit. 5 Commodati vel contrâ, 9.
 Lib. 15. Tit. 1 Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum
esse dicitur, 9.
 Lib. 16. Tit. 2 De peculio, 10.
 Lib. 16. Tit. 3 Quando actio de peculio annualis est, 10.
 Lib. 21. Tit. 1 Depositum vel contrâ, 10.
 De ædilicio edicto, 10.

Voluminis secundi.

- Lib. 3. Tit. 6 Quod cum falso tutori autore negotium gestum esse di-
cetur, 12.
 Lib. 4. Tit. 8 De iure deliberandi, 12.
 Lib. 13. Tit. 10 De Carboniano edicto, 12.
 Lib. 14. Tit. 15 Ut ex legibus & senatus cōsultis bonorū possessio detur, 13.

Voluminis tertii.

- Lib. 1. Tit. 1 De noui operis nuntiatione, 13.

- 2 De damno infecto, 13.
 4 De publicanis vestigalibus & commissis, 14.
 Lib. 4. Tit. 1 De re iudicata & interlocutionibus iudicum, 14.
 4 Quibus ex causis in possessionem eatur, 14.
 5 De bonis auctoritate iudicis possidendis, 15.
 6 De priuilegiis creditorum, 15.
 9 Quæ in fraudem creditorum gesta esse dicentur, 15.
 Lib. 5. Tit. 2 Quorum bonorum, 16.
 4 Ne vis fiat ei qui in possessionem missus est, 16.
 5 De tabulis exhibendis, 16.
 6 Ne quid in loco sacro fiat, 17.
 7 Ne quid in loco publico fiat, 17.
 8 De loco publico fruendo, 17.
 9 De via publica & itinere publico reficiendo, 17.
 10 De fluminibus, & ne quid in flumine publico ripâe eius
fiat quo peius nauigetur, 17.
 11 Ne quid in flumine publico ripâe eius fiat, quo aliter aqua
fluat, quam priori aestate fluxerit, 18.
 12 Ut in flumine publico nauigare liceat, 18.
 13 De ripa minuenda, 18.
 14 De vi & vi armata, 19.
 15 Vti possidetis, 19.
 16 De superficiebus, 19.
 17 De itinere actûque priuato, 19.
 18 De aqua quotidiana vel aestiva, 20.
 19 De riuis, 20.
 20 De fonte, 20.
 21 De cloacis, 21.
 22 Quod vi aut clam, 21.
 23 De remissionibus, 21.
 24 De precario, 21.
 25 De arboribus cedendis, 21.
 26 De glande legenda, 22.
 27 De libero homine exhibendo, 22.
 28 De liberis exhibendis, 22.
 29 Vtrobz, 22.
 30 De migrando, 22.
 Lib. 9. Tit. 8 De vi bonorum raptorum, 23.
 9 De incendio, ruina, naufragio, 23.
 10 De iniuriis & famosis libellis, 23.
 12 De sepulchro violato, 24.